



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

3 Liberalem esse in eos qui componunt & interpretantur vtiles Reip. libros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

9. *Adrianus Imp. cùm intelligeret quosdam, qui Romæ docuissent, pròpter ingraucentem etatem muneri amplius satisfacere non posse, etatis & diuturnæ professionis ratione habita, eos diuitijs, honoribusque honestanit, ac vacare vitæ reliquum iussit. Pont. liberal. c. 11.*

10. *Alexander Xe nocrati Philosopho 50. talento misit: ea cùm ille recusasset accipere, dicens, sibi non esse opus: interrogauit an ne amicum quidem vllum haberet, cui esset opus. Nam mihi, inquit, vix Darij opes in amicos suffecunt. Plut.*

11. *Eobano Hesso aliquando nobilis, Gualterus nomine, duos boues promisit, si, dum equum ipse ascenderet, versum ex tempore componeret. Tum Eboanus sine vlla mora in ipso vestigio versum hunc protulit: Ascendat Gualter, veniat bos vnum, & alter: atque non multo post promisfos sibi boues accepit.*

## SIGNVM III.

*LIBERALEM ESSE IN EOS,  
qui componunt, & interpretantur  
viles Reip. libros.*

**A**dmodum gloriosum est vrbibus & nationibus integris, vnum aut alterum ciuem habere, qui doctrinæ gloria excellat, quasi vnius virtus ad communem laudem pertineat.

1. *Alexander Magnus Rex inflammatus cupiditate animalium naturas noscendi, delegataq; haec commendatione Aristoteli, aliquot millia hominum in totius Asiae Græciæque tractu, quos ven-*

Pp

SUS,

tus, alicupia, piscatusq; alebant, quibusque via-  
ria, armenta, aluearia, piscinae, auaria, in cure-  
rant, attribuit, ne quid usquam genitum ignoscatur  
ab eo, quos percontando so, ferme vole-  
mina de animalibus condidit Aristoteles, in quo  
bus cunctorum animalium vitam, mores, genera-  
tionem, partus, cubilia, pabula, gratem descripta.  
Pro labore Rex ipsi dedit 800. talenta, id est quod  
dringenta & octingenta millia Philippicorum  
(400. & 80000. coronatos.) Plin. lib. 8. c. 16. idem  
cum de rebus suis non bonum Poëtam Chemi  
scripsisse intelligeret, quanquam saepe dicentes  
meri se Thersitem esse, quam Chœvili Hebrei  
aut Achillem malle, ut alios tamen ad scribere  
inuitaret, singulos versus eius Philippeo num-  
redemit. Fulg. lib. 8. c. 18. ex Plut. Pyrrhoneum  
Iosophum & Poëtam decem aureorum milibus  
pro oblato Poëmate donauit. Aelian. 4. 7. 1.

2. Ptolemaeus Philadelphus Bibliothecam  
sacros quoque Hebraeorum Thesauros habens  
cupiuit. Eius rei causa centum viginti milia  
daorū libertate donauit, qui in AEgypto sem-  
te seruiebant, scripsitque ad Eleazarum Pons  
Hierosolymitanum, ut ad sacrā Hebræorum  
riam in Græcum sermonem vertendam ex lec-  
tibus Iudæorū, & qui sacrarum litterarum  
periores ad se mitteret, ex unaquaq; tribu-  
tos. Qui ab Eleazaro in PAlestinam magis  
neribus à Rege donati abierunt. Magna obser-  
vatoria Philadelphus Hierosolymis in Templo  
dicauit. Eleazari epistola 30. aureas patentias  
se significat, & argenteas totidem, craveroque,  
que, centum talenta. Iosephus mensurae

*Lex Iudaio  
72 dierum  
in Græcum  
sermonem  
vertitur.*

do auro eximij ponderis adiicit. *Sab.lib.8.Emm.4.*

3. Ut *Constantinus Magnus* suis sumptibus libros sacros in plurima exempla transfundi curauit: (*Euseb.lib.3.Socr.lib.1.c.9.*) ita *Friderici II. impé-  
sa Aristotelis opera ex Arabica lingua in Latinā  
sunt conuersa: & *Fridericus I. Imp. Ioannem Lan-**

*gum pro versione Nicephori Callisti q: ingen-*

*ti aureis donavit, & Ioan. Operinum ad illius e-*

*ditionē spe amplissimorum præmiorū inuitauit.*

4. *Ambrosius Alexandrinus*, nobilis & admodū diues, *Origenē* ad sacras litteras explicandas ex-  
hortatus est, suisq; sumptibus ei aluit septē No-  
tariorum (& complures puellas ad scribendū exer-  
citatas adiungens) qui inuicē sibi per horas suc-  
cederent. *Suidas. Iustus Caluinus in c. 123. Cōment.*  
*in Vim. Iirim. adu. hæreses:* Hic, ait, quoniā Orige-  
nis industria à Marcionis errore ad Catholicam  
fidē reuocatus erat, ingēti studio (vt par erat) ip-  
sum complectebatur. Cōmentanti enim mēbra-  
nas, notarios, ac ea, quę huic rei necessaria erant,  
abundē suppeditabat, nihil non faciens, quo felix  
illud ingenium ad scribendum prouocaret. Ergo  
diis Origenis, hoc est, qui pensum operis ip-  
suis exigebat.

5. *Menāder Comœdiographus ab AEgypti Re-  
gibus per legatos magnis præmijs inuitatus est.*  
*Rausf.*

6. *Cn.Pompeius Rhodum profectus, omnes So-  
phistas, seu liberaliū artium Professores audiuit,  
donauitq; singulis talentū. Posidonij ædibus, tum  
forte egrotatis, eos submisit Fasces, quibus se to-  
tus Oriens submisserat. Nā domū ingressurus, fo-  
res percuti vetuit: apud Rō. enim, cūm lictores,*  
*inflū Cōsulis, aliquē ē domo euocarēt, fores ædiū*

virga percutiebant. Strabo lib. 11. Plin. lib. 7. c. 34.  
Par extitit eiusdē Athenis aduersus Philosophs  
munificentia. Plut.

Recte Simonides Poëta , rogatus à quodam y  
encomium in eius scriberet laudem, grauam, &  
gratiarum actionem loco muneris acceptam  
respondit: Duas se habere arcas, unam grauam  
gentium, alteram referentium. Hanc cum ap-  
petet, se subinde plenam reperire, ex eaque statim  
iuuare: illam verò semper inanem esse, & vanam  
nec quidquam sibi ad vitam adiumentum addere.  
Ego vero felicior Simonide tres habeo arcas,  
tertia sit pro ingratisimis, valde paucis, quoniam  
ipsis honoris & publici boni causa labores meos  
(seu libros) nuncupo , eorundemque libyra  
vnum, aut plura mitto eleganter concinna  
compacta exemplaria, ne gry quidem ad linea-  
meas respondent. O egregios studiorum, &  
etorum virorum Patronos. An hi inenarrabili  
in cælo reposita inuenient præmia? an membra  
(Matth. 10. à Christo patronis seruorum de-  
promissam,) calamo & voce pro Ecclesia Chri-  
militantium accipient?

Verissimum est illud Planti : Siboni quod  
boni, idem & gratum & graue esse consuetum  
quod animum illi gratum habent, semper  
seruos se esse arbitrantur , donec gratiam  
gerint, aut retulerint.

Veget. lib. 2. c. 3. ait: Vnius ætatis sunt, qui  
titer fiunt (à milite:) quæ verò pro milita-  
ijs scribuntur, æterna sunt. Hinc Ptolemaeus  
criebat Zoilo , Homerum tot ante annis vivi  
etum, quo perpetuo multa millia hominum pa-  
cere. Recte ergo Augustus Cæsar Virgilio pro-

*De his po-  
testi suo tē-  
pore lepidus  
conscribi  
libellus.*

cis versibus supra quinque aureorum millia soluit: sicut Charilus ab Alexandro Macedone pro singulis versibus singulos stateres aureos accipit. (Seru. Iuuen. Sat. 7.) Hinc Ouid. 3. de Arte:

Cura Duxum fuerant docti Regumq; Poëtae,  
Vatibus & larga saepe dabantur opes.

Strato Philosophus à Ptolemeo Philadelpho talentis 80. hoc est, coronatis 48000. donatus est. (Laert.)

Certè ut vitis iacet, nec fructum fert, nisi ad stipitem arboremue applicita: sic etiam litterati, nisi gratia & fauore Magnatum subnixi. Martial. lib. 8. ad Flaccum:

Sint Mecenatis, non deerunt, Flocce, Marones  
Virgiliumq; tibi veltua rura dabunt.

Thucyd. in hist. ait: Nunquam viri fortis ac præclarri deerunt illic, vbi virtutes & merita suo loco habentur, ac remunerantur. Hunc Thucydi dem sic admiratus est Demosthenes, vt eum totum sua manu octies descriperit. (Lucian.)

Nicoclem Cypri Regem pro oblato ei libro Iso crati 12. ducatorum millia dedisse scimus. (Plin. l. 7. c. 20.) Seu: Socrates vnam Orationem 20. talens vendidit. Licet magna sit dissimilitudo inter largitionem pecuniae, & scientie. Pecuniam enim quidedit, non habet: & qui multum dedit, multum de suo detraxit. Scientia vero & qui dedit, habet; & qui multum dedit, in eo, quod multum dedit, sibi maiorem cumulavit. Posidonius ait: Vnus dies eruditorum plus patet, quam imperitorum longissima ætas. Et Cic. 5. Tu/fc. Est vonus dies bene & ex præceptis Philosophiae actus peccanti immortalitati anteponendus. Hinc cum ineptus quidam Poëta olim in conuiuio peteret ab Ar-

Pp 3 chela•

chelao Macedonum Rege munus magni pretij  
eodem verò conuiuio Euripides quoque adellit.  
Rex iubet mox quoque dari munus Euripi, &  
dens sui iudicij significationem his verbis: *Mi-  
dignus est, qui petat; Euripides dignus est, qui accep-  
tit.* Si hoc modo & discernerentur, & alerent  
ingenia, tum litteris, tum Reip. melius confi-  
retur. *Vide Signum 7.*

## SIGNVM IV.

*Liberalem  
esse in pios.*

LIBERALEM ESSE IN VIRO  
pietatis thorace induitos.

**M**arcus Gazensis Diaconus scribit sed  
xiā Augustam dedisse S. Porphyrio Ga-  
zensi Episcopo ducenta auri librariū pondere  
& edificaret Ecclesiā, & addidisse: Significa mihi  
opus habueris pluribus pecunijs, & easiam  
mittam. Construe etiam Xenodochiū, ut eorum  
fratres, qui veniunt in tuam ciuitatem, & tunc  
diebus eis sumptum præbeas. Dedisse erant  
scitis. Ioanni Caſare Palæstinæ Episcopo am-  
mille, & vasa pretiosa vtrisque: ad sumptum  
dedisse vtrique ad centum aureos. Ad hanc  
Arcadium iussisse Præfectis, eis dari ex publico  
vestigalibus Palæstinæ circa viginti libras  
& dedisse eis pro sumptibus circiter nu-  
mos aureos 50. Sic boni Magistratus  
bene meritos de Rep. donis affi-  
ciunt etiam ex opulento  
Reip. æario.